

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1239 - 1240

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

latione vel temporis oblivione possit in irritum revocari, presentem paginam sigillo civitatis munitam heredibus sepe dicti Rudegeri concessimus habendam. acta sunt hec publice anno incarnationis domini 1239 in tempore nostro, qui tunc pro tempore consules fuimus civitatis, videlicet Friderici de Ufwilre, Wilhelmi Bagarii etc.¹.

5 Aus Wencker Coll. arch. p. 643.

262. Eberhard von Greifenstein befreit Acherland im Dorfe Eckwersheim, das Burcard Sidelin, ein Straßburger Bürger, gekauft hat, von jeglicher Abgabe. 1240 Januar 27.

Ego Eberhardus miles dictus de Grifenstein dominus et advocatus ejusdem
 10 castri notum facio tam futuris quam presentibus, quod Burcardus civis Argentinensis
 cognomine Sidelin emit in villa Ekeversheim, cujus ville sum ego advocatus, pro
 Volmaro quinque agros et pro filiis sororis longi Hugonis viginti agros, quos
 videlicet agros ego Eberhardus jam dicti Burcardi rogatu necnon et ejus amicorum
 omni donavi jure libertatis ita, ut amodo et deinceps liberi sint ab omni exactione
 15 vel collecta. et ne a posteris nostris hujus date libertatis infringatur auctoritas,
 presentem cedulam sigilli nostri testimonio fecimus communiri. ut autem hujus facti
 firmior sit certitudo, virorum honestorum presentia facta cognoscatis, quorum etiam
 nomina ob memoriam facti subscripta sunt: Otto de Ohsenstein frater meus, Heceło
 et Sigelinus fratres, Albertus de Trühtersheim, Schullo servus advocati, Wernerus
 20 et Heinricus Velkelinus fratres². acta sunt hec anno gratie 1240, 6 kalendas
 februarii.

H aus Straßb. Hosp. A. St. Marc lad. 2 fasc. 51 or. mb. c. sig. pend.

263. Bischof Berthold von Straßburg beurkundet, daß Hartmann Ritter von Eckbolsheim und seine Gemahlin Junta der St. Thomaskirche zu Straßburg ein
 25 Grundstück in der Sporerergasse daselbst geschenkt haben. 1240 März 23.

B[ertholdus] dei gracia Argentinensis episcopus omnibus presentem paginam
 inspecturis salutem in vero salutari. tenore presencium vobis liquere volumus,
 quod Hartmannus miles de Eckiboldisheim et uxor ejus Junta ad presenciam nostram
 accedentes ecclesie sancti Thome aream 20 solidos in censu persolventem, sitam in
 30 vico, qui dicitur undir Sporerin, ex opposito domus Ottonis de Swindiratisheim,

¹ Diese Rathsliste ergänzt das Raths- u. Bürgerbuch fol. 7^a i. Straßb. St. A. so: Hetzel von Eckersheim, Rüdolf Stoltzenboltz, Sifrid ein diener der brüdere, Wetzel, Hans von Königeshofen, Hug Ripelin, Hans Kelbelin, Burckart Spender, Rüdolf von Vegersheim, Rüdolf von Zabern, Johanns Cünen sūn, Conrat Erben sūn, Wilhelm Rot, Conrat Rebestock, Reymbolt Clausen sūn, Heinrich Marsilius sūn, Erbe von Friburg.

² In einer Urkunde Bischof Bertholds von Straßburg für die Herren von Ballbronn, 1240 März Straßburg, erscheinen als Zeugen: Burchardō milite de Truhtersheim, Cunrado Virnekorn et H[einrico] dicto Velkelin civibus Argentinensibus. Cfr. Schöpplin Als. dipl. I, 384 nr. 498 (ex schedis Wencker).